



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Cap. XI. Sicut mane transit, pertransijt rex Jsrahel: quia puer Jsrahel, [et]
dilexi eum, [et] ex Aegypto vocaui filium meu[m].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

COMMENTA. RVPER. ABBA. LIB. V.

respondet, quales fuerunt illi quos misi ad uos, ex quibus occidistis & crucifixistis, ex quibus flagellastis in synagogis uestris, & persecuti estis de ciuitate in ciuitate: Nō em̄ ueritatem illorū cessat conuenire conscientiā, sed semper accusantes secū cogitationes circumferunt. Dicuntur aut̄ hoc fecisse in Thabor. Et recte, quia Thabor interpretatur ueniens lumen; & ipsi in aduentu & propter aduentū ueri luminis, quod est Christus, hoc fecerūt, nolentes uidere aut ab aliquo uideri siue demonstrari tantū lumen. Respondēt illi, Similes tui, & unus ex eis quasi filius regis. Nequaquā em̄ respondere nō possunt, quia non ignorantes, sed scienter peccauerunt, & liquido sciebant eos similes fuisse Christi, uidelicet propheta & sapientes & scribas, & unū ex eis quasi filiū regis, imō uerū filiū regis qui hoc ipsum requirit, qui cōscientias eorū conuincit, qui ad iudiciū mortis iubet eos produci, fratres (inquit) mei fuerunt, filij matris meae. Si seruassetis eos, non uos occiderem. Vere fratres suos esse Christus beatos apostolos dicit, quia & anteq̄ clarificasset eū passionibus uel mortibus suis, dixit Mariā cū resurrexisset à mortuis. Vade ad fratres meos & dic eis. Ascendo ad patrem meū & patrem uestrū. Sunt & filij matris eius, uidelicet supernae Hierusalē quae ē mater omniū nostrū, cuius & Christus secundū carnē filius factus est, filius singularis, primogenitus ex mortuis. Si seruassetis eos (inquit) non uos occiderē, quia uidelicet dimissus fuisset Iudaeis reatus quoq; mortis Christi, si post resurrectionē eius apostolis ei⁹ credidissent, secundū orationē qua orauit quando illū crucifixerunt. Pater dimitte illis, nō em̄ sciunt quid faciunt. His praemissis, continuo saluatoris eiusdē grām, qua iustificantur credentes electi, sic eloquitur persona dei patris. **L. Sicut mane transit, pertransit rex Israhel: quia puer Israhel, & dilexi eum, & ex Aegypto uocaui filium meū.** Sensus iste est. Rex Israhel non nisi deus esse debuerat, & Christus dei filius, quē patriarcharū fides expectauerat. Vnde cū quærent regē filij Israhel, displicuit sermo in oculis Samuelis, dño quoq; dicens te ad eū. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Verū nequaquā expectauit temporā legitima regni dei, quisquis in Israhel regnare potuit, sed certatim in alterutro inuadendo, regesq; alios percutiendo aliq̄ regnauerunt quousq; regnaret Herodes, qui non erat de genere Israhel. In illo cessauit homo transitorius regnare in ISRAHEL, quamuis quidam de posteris eiusdem Herodis aliquas post illum lacerauerint potius quam reuerterent eiusdē regni partes, quia tunc rex Christus natus est, cuius regnum non transit, sed in aeternū permanet. Igitur transire & cessare debuit rex Israhel, eo maxime tēpore, quando talis erat rex Herodes, qui neq; de Iuda neq; de ulla esset tribu Israhel, quo tēpore uerus rex Christus natus est. Nimirū ita factū est. Nam sicut mane transit, pertransit rex Israhel, & finitū est terrenū regnū Israhel. Et quidē cito mane transit, ueruntamen iterū reuertitur: rex autē eiusmodi siue regnū Israhel non reuertetur amplius. Recte ergo cū dixisset, sicut mane transit, non cōtentus fuit dixisse, transit rex Israhel, sed omnimodū & irreuocabilē exprimitēs transitum, pertransit (inquit) rex Israhel, quia iam ultra nō rediturus est: sicut mane transit quidē, sed iterū transmissa nocte rediturus est. Quare? Quia puer (inquit) Israhel, subauditur natus est, qui solus caelesti imperio regnare debeat in Israhel, quē quærebat ad perhendū Herodes ille alienigena rex. Et dilexi eū, ait, uidelicet iuxta aliū prophetā, per quem hic idē deus pater locutus est. Ecce puer meus, suscipiam eū, electus meus, complacuit sibi in illo anima mea. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui. Et rectissime puer iste praesenti loco dicitur Israhel, propter illud quod sequitur, & ex Aegypto uocaui filium meū. Iste namq; puer ptulit tētationes siue tribulationes Israhel incipiens ab eo, quod fugit ex Israhel in Aegyptū, ubi quondā ille peregrinatus est Israhel. Quod sciens diuinus Euangelista, cū dixisset: qui consurgēs accepit puerū & matrē eius nocte, & secessit in Aegyptū, & erat ibi usq; ad obitū Herodis, continuo testimoniū hoc ita subintulit. Vt adimpleretur quod dictū est à dño per prophetā dicentē: Ex Aegypto uocaui filiū meum. Vbi seruiuit propter peccata sua domus Israhel, quia uendiderant fratrem suū Ioseph, illic exul factus est iste rex Israhel. Vocatus ex Aegypto, quadraginta diebus tentatus est in deserto quadraginta annos, quia deliquit detrahēdo terrae repromissionis, quam p̄ quadraginta dies explorauit, & iccirco diē pro anno computante illi iudice deo, mansit illic (sicut dictū est) quadraginta annos.

Mat. 23

Roma 2

Iohan. 20

Gala. 4.

Luc. 23
CAP. XI.

1. Reg. 8.

Transitorius
rex Israhel.

Puer Israhel
Christus.

Math. 2.

Esa. 42.

Math. 17

Mat. 2.
Ex Aegypto
uocaui fil. me.

Gene. 37

Num. 14

ginta annos. Hic aut, qui non tentauit, sed tentatus est, statim post quadraginta dies in uera
 re promissionis terram introire, suosque auditores introducere cepit, predicando, daemones eiici
 endo, & caetera miracula faciendo: mortem patiendo, & a mortuis resurgendo, atque in caelum
 ascendendo. Recte igitur hic filius praesenti loco Israel dictus est, & pulchre ad illam eius
 fugam in Aegyptum & reditum hoc pertinet testimonium ab Euangelista sumptum. Ex Aegy
 pto uocauit filium meum. Et quidem populus quoque Israel, cum uocaretur ex Aegypto, filius dei
 dictus est, sicut scriptum est. Dicesque ad Pharaonem. Haec dicit dominus, Filius meus primogenitus
 Israel. Dixi tibi, dimitte filium meum ut seruiat mihi, & noluisti dimittere eum. Ecce ego inter
 ficiam filium tuum primogenitum. Ergo populus quoque Israel pro parte electorum filius quidem
 dictus est, sed hoc non nisi gratia huius qui filius est unicus, non adoptatus, sed genitus, qui de
 populo illo secundum carnem nasciturus erat, ut multos filios per passionem suam in gloriam addu
 ceret, non indignatus eos habere fratres & cohaeredes. Alioquin, nisi uenisset qui uenturus
 erat hic dilectus filius dei, Israel quoque, sicut caeterae gentes, nequaquam poterat tanti patris fi
 lius dici, testante Apostolo, qui cum ex illo sit populo, tamen dicit. Eramus enim & nos aliquando
 natura filii irae, sicut & caeteri. Quod si quaeras quid olim factum sit, quando Israel de Aegy
 pto ascendit: quoniam quidem (sicut Euangelista dicit) tunc quando puer Iesus in Aegyptum
 fugit, & inde rediit: impletum est illud quod dictum est a domino per hunc prophetam dicentem, Ex
 Aegypto uocauit filium meum. Audi quod sequitur. Vocauerunt eos, & sic abierunt a fa
 cie eorum. Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant. Hic iam quarto pec
 cata eiusdem populi replicans, ad superiora tempora sermo recurrit. Et est sensus. Ego quidem
 uocauit tunc temporis filios Israel ex Aegypto, at illi tunc non exierunt ex Aegypto praeter
 quam paucissimos. Corpore quidem exierunt, sed animo non exierunt. Alii uocauerunt eos
 & ipsi me contemnentes, potius secuti sunt illos. Denique cum corpore ex Aegypto exirent,
 usque adeo mente in Aegypto remanserunt, ut simulachris Aegyptiis sacrificarent, insuper
 & Baalim immolarent. Et quidem Hieroboam, qui & Gedeon, destruxit idolum Baal, sed post
 ea ad immolandum illi reuoluti sunt, uocantibus maxime regibus suis & impia Iezabel: & a
 facie illorum taliter abeundo, nequaquam ex Aegypto se exisse testati sunt, qui peccata Aegypti
 acan non deseruerunt. Et ego quasi nutritus Esraim portabam eos in brachijs meis
 & nescierunt quod curarem eos. Miram dei patientiam, cuius & Paulus in Actibus
 Apolos meminit his uerbis, & per quadraginta annorum tempus, mores eorum sustinuit in deser
 to: praesens locus, quamuis breuiter, magnifice satis innuit. Et ego (inquit) quasi nutritus Es
 fraim, portabam eos in brachijs meis. Sicut enim nutritus puerulum, qui nondum ad intelligibile
 aetate peruenit, sed nec discretionem adhuc habere potest boni ac mali, patienter suffert, &
 infantilem eius ineptiam, quamuis interdum commotus reuerberet, adhibitis saepius consolatur
 blandimentis, & quamlibet ingratum porrat in brachijs: sic dominus deus, qui haec loquitur, popu
 lum rudem & spiritualia nescientem mysteria caelestis regni dei, patienter sustinuit: & quam
 uis multorum ex illis corpora prosterneret in deserto, residuis tamen multis & magnis blandi
 ebatur miraculis, circumducendo illos & docendo (ut Moses ait) & custodiendo quasi pupil
 lam oculi sui. Hoc est quod ait, & portabam eos in brachijs meis. Per brachia namque fortitudo
 dine eorum, quae facta sunt miraculorum uult intelligi. Unde scriptura cum dixisset, indurauitque
 dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel, continuo subiunxit. At il
 li egressi erant in manu excelsa. Et Psalmista. Et eduxit Israel (inquit) de medio eius in ma
 nu potenti & brachio excelso. Nec uero ab re per nomen hic Esraim exprimitur, cum haec
 una tantum tribus fuerit illius populi: sed quia maior ingratitude tribus illius extitit, in eo quod
 Hieroboam de tribu Esraim uictulos aureos fecit, recte grauius eadem tribus denotatur, ubi
 cumque potiora super ingratam gentem commemorantur beneficia dei. Et nescierunt (inquit) quod
 curarem eos. Reuera nescierunt in tantum, ut dum ipse quaedam curationis ligamenta, id est lega
 lia daret illis praecipua, illi perterriti & pauore concussi, starent procul dicentes. Mosi, Lo
 quere tu nobis & audiemus. Non loquatur nobis dominus, ne forte moriamur. Contra Moses
 ut scirent, quod dominus non occideret, sed curare uellet eos, Nolite (ait) timere. Ut enim proba
 ret uos, uenit deus: & ut terror illius ac pauor esset in uobis: & non peccaretis. Secundum
 sensum uerborum eorundem quae tunc locutus est dominus, sequitur in propheta & dicit.

Exod. 4.

Ephe. 2.

Iud. 8.

Actu. 13.

Nutritus Es
fraim.

Nm. 14. & 16
Deut. 32.

Exo. 14.
Psalm. 135.

Exo. 20.

Deut. 18
In funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis. ¶ Cum em̄ dixisset Moyses, Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi dominus deus tuus ip̄m audies: subiungens protinus, ut petisti (ait) à dño deo tuo in Oreb, quando concio congregata est, atq; dixisti, Vltra nõ audiam uocẽ dñi dei mei, & regẽ hunc maximũ amplius nõ uidebo, ne moriar. Et ait dñs. Bene omnia sunt locuti. Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suorũ, similes tui, & ponã uerba mea in ore eius, loqueturq; ad eos oia quã p̄ceperõ illi. Qui aut̄ uerba eius q̄ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existã. Deniq; sic ut illic in eiusmodi uerbis, ita & hic dicendo, in funiculis Adã trahã eos, in funiculis charitatis, incarnationẽ unigeniti filij sui deus pater hominibus repromittit. Quando em̄ hoc factũ est, tunc reuera prophetã suscitauit deus hominibus de medio fratrum suorũ, similem Moysi, id est, deũ talẽ factũ cui possent hoies loqui sicut locuti sunt Moysi, cui dixerat, Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis dñs, ne forte moriamur. Et tũc in funiculis Adã traxit nos, utpote factus filius Adã siue filius hominis, qui funiculi sunt charitatis. In eonãq; q̄ factus est ex carne Adã filius hominis, miro modo sibi nos colligauit, & traxit ad se in funiculis charitatis: & ex eo scimus q̄ curet nos, nã eatenus & nescierunt (ait) q̄ curarem eos. Funiculorũ earundẽ attritionẽ in eo maxime tandẽ intendit, q̄ ueniens in hunc mundũ peccatũ gulã (per quod primus homo periit, & per quod iam dicti filij Israhel tentauerũt deũ concupiscendo concupiscentiã in deserto) corrigeret in electis suis, informãdo illos ad operandũ cibũ, qui nõ perit, ad manducandũ & bibendũ sacramentũ corporis & sanguinis sui. Sequitur ergo. **E**t ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum, & declinaui ad eum ut uesceretur. ¶ Maxillis nanq; dentes radicari continẽtur, & per eas primũ cõminatus ad interiora cibus transmittitur. Recte ergo per maxillas gula denotatur, quã primus (ut iam dictũ est) homo periit: & per quã filij Israhel deũ tentantes, dixerunt, Nunquid poterit deus parare m̄sam in deserto, & cãtera hmõi. Sed & cũ prãsens adesse diceretq; illis, Hoc est opus dei, ut credatis in eũ, quẽ misit ille, Dixerunt ei, Quod ergo tu facis signũ, ut uideamus & credamus tibi: Quid operaris: Patres nostri manducauerũt manã in deserto. Hoc nimirũ intendebant, ut uel eodem modo, quo patres eorũ sine opere suo panẽ illũ manducauerũt, uel sicut ipse paulo ante de quinq; panibus & duobus piscibus satiauerat quinq; milia hoim, ita palceret eos, atq; hoc modo quasi maxillis hiantibus, ciborũ quã habebãt, expromebãt cõcupiscentiã. Cũ ergo dicit, Et ero eis quasi exaltans iugũ sup maxillas eorũ, & declinaui ad eũ ut uesceretur. Hic est sensus, Et ego trahẽs illos in funiculis Adã, in funiculis charitatis (sicut iã dictũ est) reprimã atq; coercebo in illis intẽperatã edẽdĩ appetentiã, per quã primus homo periit, & cui secundũ exemplũ eius nimirũ sunt dediti, dicendo illis, Operamini non cibũ qui perit, & cãtera hmõi. Etenim ego sum panis uiuus q̄ de cœlo descendit: quo nimirũ descensu declinaui ad eum ut uesceretur, atq; uescendo panẽ hoc, uiueret quisquis in fide & obedientia bene operãs, infidelitatẽ atq; inobedienciã cupe ret in semetipso euadere, per quã in primo parente male comedẽte fuerat mortuus. Sequitur, **N**on reuertetur in terrã Aegypti, & Assur ipse rex eius, quoniã noluerũt cõuerti. **C**œpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorũ, & populus meus pendebit ad reditũ meũ. **I**ugũ autem imponetur eis simul, quod non auferetur. ¶ Quando ut supra dictũ est, in brachijs suis populum illũ portabat per desertũ, & panẽ, id est manã dabat illi, uiui & uiuifici panis figuratiuũ, tunc multo tẽna murmurãdo contendebãt dicendo, Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quando aut̄ ipse per semetipsum declinauit ad eum ut uesceretur, qñ se descendisse de cœlo testatus est panis uiuus, ut qui manducauerit ex eo nõ moriatur, eo tẽpore nõ erat tumultus iste in populo, ut constituens sibi ducem in Aegyptũ reuertereẽ, quinimo in ciuitate & templo illo plurimũ gloriabatur, sed nihilominus ipse Assur, id est diabolus, rex est eius. Quare? Quoniã noluerũt (inquit) cõuerti, subauditur, ut uescerentur panẽ illo, qui ut iã dictũ est, declinauit, id est qui de cœlo descendit ad hoc, ut uescereẽ operarius q̄squis op̄s dei. Quod aut̄ reuera rex eius ex tunc sit Assur, i. diabolus, pro eo qd̄ regẽ suũ, regẽ iusticie & principẽ pacis negauit & blasphemauit, & ad eum noluit cõuerti, claruit ex subsequẽtib; **C**œpit em̄ (inquit) gladius in ciuitatibus eius, uidelicet qñ populus ille a Romano exercitu cõ-

Psal. 108
 Iohan. 6.

Maxilla gula
 designat.

Psal. 77.
 Iohan. 6.

Exo. 16.

Num. 14.

Iohan. 6.

Assur diabolus.

cita circū datus est. Miro nāq; modo, anteq̄ hostilib⁹ machinis muri deforis pulsaretur, in⁹
 tus sediciosoꝝ gladijs innumera miserabiliū ciuium corpora necabatur: sicut mira & cum⁹
 cis seculis peruulgata Hierosolymitani excidij tragœdia Iosepho describente testatur. Re
 cte ergo & ueraciter dictū, cœpit gladius in ciuitatibus eius, q̄a prius uastauit eos intus gla
 dius, q̄ pauor foris ex hostiū præsentia clausis incuteretur. Quod sequitur dicens. Et cōsu
 met electos eius, & comedet capita eorū, id est, ac si dicat, quia destruet non solū duces aut
 principes, sed & omnē principatū eorū, secundū Danielis quoq; prophetiā: qui cū dixisset
 & post hebdomadas. LX. occidetur Chrūs, & nō erit eius populus qui eū negaturus est,
 profecutus est ita dicens. Et ciuitatē & sanctuariū dissipabit populus cū duce uenturo, & si
 nis eius uastitas, & post finē belli statuta desolatio. Et deficiet hostia & sacrificiū, & in tem
 plo erit abominatio desolationis, & usq; ad cōsumptionē & finē perseverabit desolatio.
 Cū autē (ut ait ille) & nō erit eis pplus qui eū negaturus est, Iudæi cū Christo nihil habeant,
 Christū adhuc se expectare cōtendūt. Hoc est qd̄ p̄senti loco nūc dicit, & pplus meus pen
 debit ad reditū meū. Pendent em̄ nūc inter utrūq; utpote neq; deū patrū suoz habētes, neq;
 q̄ idola colētes, sicut quondā Baal & uitulos coluerunt. Et redibit quidē Chrūs ad eos, ita
 ut reliquiæ saluæ fiant: sed interim eis qui nō credūt, iugū impositū est, qd̄ nō auferetur, iu
 gū peccati & iugū captiuitatis, qua in oēs gentes captiui ducti sunt. Hoc intendens ac pro
 spiciens, ut uidelicet reliquiæ saluæ fiant, continuo dicit. L. Quomodo dabo te Effraim
 protegam te Israhel? Quomodo dabo te? Sicut Adama ponā te, ut Seboim.
 Conuersum est in me cor meū, pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam
 furorē iræ meæ, non conuertar ut disperdā Effraim: quoniā deus ego, & non homo
 in medio tui sanctus. ¶ Notū est Adama & Seboim ciuitates fuisse Sodomoz. Quinq;
 nāq; ciuitates fuerūt, Sodoma & Gomorra, Adama, & Seboim, & Balla, q̄ & Segor. Vn
 de & ipsa regio Pētapolis dicta est. Illæ ciuitates p̄ ignē & sulphurē, ita subuersæ sūt, ut nul
 læ ex eis reliquiæ superessent. Cū ergo dicit, quō dabo te Effraim, protegā te Israhel? sub
 auditur, qui protegi nō mereris, statimq; meritū subiungit sententiā dicēs. Sicut Adama po
 nā te, ut Seboim: tantā illi populo cōminatur repulsam, ut ne reliquiæ quidē ex eo debeant
 saluari. Hoc dicto confestim quasi dolore cordis tactus intrinsecus, nimīa ipse sui seuerita
 tē censet esse iudicij, & dicit. Conuersum est in me cor meū, pariter cōturbata est pœnitudo
 mea. Et est sensus. Statim ut locutus sum aduersum te malū, & crudelē protuli sententiā,
 tetigit me pietas uincente misericordia, ueluti austeritatē iudicis pietas mitigat patris. Non
 faciā (ait) furorē iræ meæ, nō conuertar ut disperdam Effraim, subauditur eo modo q̄ disp
 didi Adama & Seboim nullis reliquijs eaz referuatis. Non ita cōuertar, nō ita mutabor ab
 infita mihi clementia, ut taliter compleā furorē meū, quoniā deus ego & non homo in me
 dio tui sanctus. Homo dū irascitur, accepta iniuria profunde læsus, eo totus intendit ut uin
 dictā exigat, & de pœnis satietur eius qui læsit: nec em̄ pœnitentiā, sed solā (ut iam dictum
 est) querit uindictā. Ego autē deus sum in medio tui sanctus, non pro furore uindictā aut
 pœnam, sed pro misericordia peccatoꝝ desiderās pœnitentiā. L. Non ergo ingrediar ci
 uitatem, ¶ Id est non indiscere percutiā ad modū hominis, qui cū iratus (ut sæpe factū est)
 offensam irruerit ciuitatē, furorē ardens nullā ætatū aut ordinū siue cōditionū habet dis
 cretionē, oēs pariter inuoluens, uniuersos indiscere percutiens, & fugientes insequens, &
 obuiantes iugulans. Secundū hūc sensum dicit & Ap̄tus. Nunquid repulit deus populum
 suū? Absit. Nā & ego Israhelita sum, ex femine Abrahamā, de tribu Benjamin. Non repulit
 deus plebē suā quā præsciuit. Et subinde. Quid dicit Heliæ responsum diuinū? Reliqui mi
 hi septē milia uirorum, qui non curuauerunt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore,
 reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. ¶ Non ergo deus genti iratus est,
 sed incredulitati: quia non sic iratus est, ut nullas ex illo populo suo reliquias, si cōuertantur
 suscipere uelit. Non (inquam) iiccirco Iudeus quisquam repellitur, quia gens Iudaica Chri
 stū occidit: sed qui Christū negat, siue Iudæus, siue Gentilis, ipsemet sese facit in sua perso
 na repelli. Vnde loco supra memorato, cū dixisset Daniel, & post hebdomadas sexaginta
 occidetur Christus, subiungens, & non erit ei populus (ait) qui eū negaturus est. Non dixit
 non erit eius populus qui eū occisurus est, sed qui eum negaturus est. Nam occisio Christi

Daniel. 9.

Quō nūc p̄s
 dent Iudæi.

Roma. 11.

Gene. 14.

Gene. 19.

Clemētia dei

Deus ego &
 non homo.

Rom. 11.

3. Reg. 19.

Daniel. 9.

COMMENTA · RVPER · ABBA · LIB · V.

Lucæ. 23. occisoribus confitentibus sine dubio, donatur, secundū ipsius precē dicentis, pater dimitte illis. Non enim sciunt quid faciunt: negationis autē pertinacia damnatur, nullāq; ueniam meretur. Itaq; non ut Adama & Seboim, quarū corporale incendiū nullus euasit inhabitantium posuit deus illū populū suū: quia corporali excidio multi superferūt, & reliquā ex illis, subuenterent, cū intrauerit plenitudo gentiū, nisi sponte sua, nisi gratuita misericordia furorē iræ suæ repressisset: iusto ualde iudicio, sicut Adama, & sicut Seboim, nullis reuerentis reliquijs, perdidisset. Vnde & Esaias loquitur. Nisi dñs exercitū reliquisset nobis semē, quasi Sodoma fuissēmus, & quasi Gomorra similes essemus. Sequitur. **L. Post dominum ambulabunt, quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris, & auolabunt quasi aues ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum. Et collocabo eos in domibus suis, dicit dominus.** Idcirco (ait) nō omnino disperdā, quia post dominū reliquā ambulabunt, id est, credent in Christū. Etenim Chrūs ab eis in tempore beneplacito cognoscetur & timebitur, sicut ex suo rugitu leo cognoscitur & formidatur. Ipse enim quasi leo rugiet, inquit. Hoc ipsum, nō semel contentus, repetit & dicit, quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Dominus noster Iesus Chrūs quasi leo rugiet, qñ in infernū cōtriuuit, & mortē uicit, secundū prophetiā Iacob dicentis. Catulus leonis Iuda, ad prædam filij mi ascendisti. Requiescens accubisti ut leo, & quasi leona. Quis suscitabit eū? Itaque post dñm rugientē, quē admodū rugit leo, ambulabūt: & formidabunt, id est, in Christum deuicta morte, & spoliatis inferis glorificatū credent, eiusq; uestigia sequētur, & in timore illi subditi erunt. ¶ Sed quā sunt, qui ita post dominū ambulabūt & ita formidabunt? Filij maris, inquit. Non dixit, filij Effraim siue filij Israhel, quibus supra dixerat, quomodo dabo te Effraim: protegā te Israhel? Filij maris inquit, id est, quicumq; crediderint & baptizati fuerint. Moriturus enim erat Iesus, nō tantū pro gente siue pro reliquijs gentis, sed ut filios dei, qui erant dispersi, congregaret in unū. Bene ergo magis uniuersali enuntiatione dixit, filij maris, id est, filij baptismi, filij gratiæ regenerantis, quacumq; ex gente siue natione sint. Reliquiā filiorum cum istis post dominum ambulabunt & formidabūt, & ita qui dispersi erant filij dei, congregabuntur in unum. ¶ Istam unitatis eorum congregationem propheta pulcherrime exornat, cum dicit. Et auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis, dicit dominus. Aegyptus siue terra Assyriorum mūdus iste est omnibus errantibus, & principē huius mundi sectantibus, intelligitur per Assur. Pulchre namq; quasi auis auolare dicuntur, qui terrenas cupiditates relinquendo, cœlestem gratiam sequuntur, & sic euadunt, ut uestigia culpæ nulla in eis inueniat infecutor diabolus, sicut auolatus auium uestigia nulla supersunt, dum liberis per aera pennis feruntur. ¶ Nec uero contētus est dixisse nomine generali: & auolabunt quasi auis: sed cōtinuo specialiter exprimit eius auis similitudinē, cui competēt assimilatur gratia cœlestis, dicendo, & quasi columba de terra Assyriorū. Columba namq; maxime pro eo quod in hac specie spūs sanctus super dominū nostrum cū baptizaretur, apparuit, regeneratē eiusdē spūs sancti grām significat, cuius utiq; sacramētis uiuificati, auolauimus ex Aegypto & de terra Assyriorū, id est, de ignorantia tenebris, & de terrenarū affectibus cupiditatū. Et sic auolātes collocabo eos in domibus suis, dicit dñs. In domibus suis, id est, in mansionibus sibi præparatis. Nā ab origine mūdi, qñ creatis hominibus primis benedixit illis & ait. Crescite & multiplicamini & replete terrā, præparauit illis domos siue mansiones æternas, de quibus & cōtinuo moriturus dixit. In domo patris mei multæ mansiones sunt, & in nouissimo die dicturus est: Venite benedicti patris mei, percipite paratū uobis regnū à cōstitutione mūdi. Sequitur. **L. Circumdedit me in negatione Effraim, & in dolo domus Israhel. Judas autē testis descendit cum deo suo, & cū sanctis fidelis Effraim pasce uentū & sequitur estū. Tota die mendaciū & uastitatē multiplicat, & foedus cum Assyrijs inijt, & oleum in Aegypto ferebat.** Quinta iā declamatione peccata populi, sese iustificare uolentis, sermo propheticus accusat, & ante tribunal suū reū addicit maiestas, cuius manus non est qui esugiat, si iudicio cū hominibus contendat. Circumdedit me (ait) in negatione Effraim, & in dolo domus Israhel. Secundū euidentem literarū sonum ad illa temporalē cōtorem mittit, quando (ut sæpe iam dictum est) Hieroboam, qui erat de tribu Effraim

Lucæ. 23.

Esa. 1.

Dñs ut leo rugit.
Ge. 49.

Filij maris

Iohan. 11.

Auolare quasi auis.

Quasi colūba

Matth. 3.

Iohan. 14
Matth. 27.
CAP. XII.